

(36)

Inde venturus est iudicare vivos et mortuos

Duos Christi adventus sacrae litterae nos docent, qui à prophetis  
 et apostolis dies domini appellantur; in quorum altero suam  
 clementiam Christus ostendit, dum, qui erat splendor patris et  
 signa substantiae eius, ex virgine Maria nascens, serui formam  
 indutus, humilis et mansuetus ad extremas contumelias et mor-  
 tem acerbissimam descendit, nostrae salutis causa; ut nos e  
 misera tyrannide, peccati, mortis, atq. Daemonis eriperet, et  
 aeterno patri reconciliaret. In altero vero, qui nobis nunc pro-  
 ponitur, praesenti articulo, divina iustitia potissimum elu-  
 cebit, cum idem Christus Jesus Dei filius, ea forma, qua illi  
 apostoli viderunt ascendere in caelum, hoc est, cum potestate  
 magna, immortalitatis gloria et splendore maiestatis illustris,  
 comitantibus apostolis, angelorum corona septus, index omni-  
 bus apparebit. Blandus quidem iustis, ac mitis, iniustis autem  
 horribilis et severus. aspicebam, inquit Daniel donec thro-  
 ni positi sunt et antiquus dierum sedes, vestimentum  
 eius candidum quasi nix, et capilli capitis eius quasi lana  
 munda, thronus eius flammae ignis, rotae eius ignis accen-  
 sus, fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie  
 eius, millia millium ministrabant ei, et decies millies centena  
 millia assistebant ei, iudicium sedit et libri aperti, <sup>sicut</sup> ad cuius  
 tribunal, omnes omnium nationum et seculorum homines  
 sustentur, de suis omnibus factis, verbis, et cogitationibus



exactam rationem reddentur et qui bona fecerunt, ut ipse domi-  
nus testatur, ibunt in resurrectionem vitae, qui vero mala  
in resurrectionem iudicij, quemadmodum igitur antiqui  
patres e primo pendebant aduentu salutem expectantes,  
sic nunc nos pendemus ex secundo, iudicij maiestatem  
seueritatem pertimescentes, te, inquit Athanasius lateranensis  
nolui alteram Christi aduentum illustrem et diuinam  
non humilitate contemptibilem, sed gloria magnificam  
in expectatione esse atque imminere, cum non ut patiat  
rediturus sit, sed ut fructus suae crucis omnibus retribu-  
at, immortalitatem videlicet et incorruptibilitatem, ne  
ut iudicetur, sed ut iudicet, secundum ea quae quisque  
in corpore suo gessit siue bona siue mala sint.

x Tunc unum universale <sup>inditium</sup> lumen solum Christianae fidei  
nobis ostendit, peculiare cuiusque nostrum iudicium post  
mortem, ethnicis etiam aliquibus hominibus, formidabile  
sed illud longe formidabilius, quod vel demones exhor-  
rescunt, illud uniuersale maxime necessarium, male  
ob causas, ut qui redemptor fuit uniuersalis, et iudex  
sit uniuersalis; tam etiam ut diuina providentia ab  
omnibus conspiciatur, quae male audiebatur apud impios,  
cum bonos in hac vita affligi malos vero rebus omnibus affligi  
videbant. Deinde ut sit maior honorum gaudium et illustratio  
Gloria utpote omnibus conspiciua, et maior impiorum cruci-  
tus, cum viderint e quo gradu exciderint sua culpa

lib. de summi. vobis /  
nag lumen indicat  
istud quidem omni-  
bus hoibz formida-  
ble

et ces



et eos, quos miseros in hac vita putabant, in tam excelso  
 gloriae culmine collocatos, et ut luceat divina iustitia, et  
 bonorum animae atque corpora premijs afficiantur, ma-  
 lorum vero supplicijs, ut <sup>enaruet</sup> omnem principatam et  
 morti prorsus eripiat imperium, ut faciat omnia nova,  
 ut deniq. tradat regnum aeterno patri. Huius diei medi-  
 tatione bonis et malis timor inculcitur maximus, bonis cum  
 Christi maiestatem et gloriam, illo die contemplantur, et  
 proxi atq. supplices reuerentur, et in conspectu tantae  
 celsitudinis se humiles exhibent, et tanta spe aluntur, eam  
 potissimum in Christi sanguine pro nobis effuso collocantes, et  
 se perios inuitiles agnoscetes, improbis etiam hinc nonnunquam  
 timor salutaris oboritur cum suppliciorum metu deterriti  
 a sceleribus reuertuntur, et ad diuinum amorem perlati  
 adducuntur. Omnibus ergo his dies ante oculos habendus  
 cuius frequens meditatio nos a peccatis cohibere et inno-  
 centes, ut inquit Sapient, perpetuo conseruare poterit. ut  
 semper nostris auribus. (Sicut sibi assidisse testatur sancti-  
 ssimus Hieronymus) nobis occupatis aut otiosis, dormien-  
 tibus aut vigilantibus et tubae sonitus et illa vox formi-  
 dabilis nostris insonet auribus Surgit e mortui et veni-  
 te ad iudicium.

quis fulcra iudex Iudex futurus est Christus, Deus et Homo, Deus, qui omnia  
 nouerit, qui cogitationes ipsas et corda scrutari possit,  
 et bonos immortalibus premijs afficere, improbos vero  
 supplicijs aeternis. Sed licet ut Deus est, sit natura sua



heb. 12.  
1. cor. 5.

alt. 10.

jo. 5.

Aug. de verbo dñi.

psalm. 2.

rom. 14.

ephe. 1.

col. 1.

aeternus omnium index sit aut apostolus, tamen hanc in-  
dicandi viuas et mortuos potestatem ut homo est, divina  
dispositione multis rationibus est consecutus, <sup>ipse est</sup>  
enim ut inquit Petrus apostolus, constitutus index vi-  
uorum. <sup>neq. enim Pater indicat quemquam sed omne iudicium</sup>  
dedit filio, cui dedit potestatem iudicium facere quia fi-  
lius hominis est. idq. iustissimis de causis, quia aequum  
erat eum qui reus factus est iniuste, et coram iniquo iudi-  
ce accusatus, iniustissime damnatus fuerat, hanc iudican-  
di omnes mortales acciperet potestatem; conueniens (in-  
<sup>Aug. de verbo dñi.</sup> Augustinus) erat ut in forma humanitatis veniat iudi-  
caturus, in qua erat iudicandus, et index sedeat qui  
stetit sub iudice, damnetque reos, qui factus est falso  
reus, tum etiam quia se dimisit usque ad serui formam  
obediens patri factus usque ad crucis mortem, datum  
illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine  
suo omne genua flectatur caelestium, terrestrium et  
marium, et exaltatus non solum resurrectionis, et <sup>gloria</sup> sede  
maiestate quae ad dextram Patris illi collocata est.  
Sed etiam potestate iudicandi viuas et mortuos. in  
hoc enim Christus mortuus est et resurrexit inquit  
Paulus ut et viuorum et mortuorum dominetur.  
iam vero quia plenus est gratia et veritate, quia  
propter ecclesiam, omnia etenim subiecit Deus sub pedibus  
et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, et ipse  
est rex



est caput corporis ecclesiae q̄ est principium, primoge-  
 nitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum te-  
 nens, ob id iudex omnium est constitutus, et quia aequi-  
 um erat, ut qui erant iudicandi iudicem ipsum  
 viderent, cum ergo boni et mali iudicandi sint, neces-  
 sarium fuit ut omnibus serui forma ostenderetur,  
 et dei forma (quae omnium futura est summa fe-  
 licitas) bonis reservaretur. Ecce inquit August. vide-  
 bitur forma hominis Christi, in iudicio a pijs et im-  
 pijs, iustis et in iustis, a fidelibus et infidelibus, a  
 confisissis et confusis. Si solus Deus iudex esset, severus  
 fortassis et implacabilis hominibus videretur, ne igitur  
 in desperationem adducerentur, is datus nobis est  
 iudex, qui novit compati infirmitatibus <sup>nostris</sup> per omnia  
 tentatus. is causam nr̄am iudicabit, qui condolere pos-  
 sit ijs qui ignorant et errant ut inquit Paulus et qui  
 didicit ex ijs quae passus est obedientiam. aderunt  
 et sancti apostoli qui iudicum officio fungentur  
 ut impleatur promissio Christi. Sedebitis et vos su-  
 per sedes duodecim iudicantes duodecim tribus  
 Israel. tunc enim inquit Gregorius cum deo  
 iudices venient, qui nunc pro deo iniuste iudican-  
 tur: quia ergo deus et homo quia servus et summi-  
 lis factus est, quia iniuste accusatus et damnatus,  
 quia mortuus, quia humani generis redemptor, quia  
 vixit in cruce, quia plenus gratia et veritate, quia

Aug. tract. 21. in Joa.

sub. 4.

sub. 5.

Aug. m. 17. c. 106.  
ib. 10. c. 12.



ecclesiae caput, quia deniq. filius hominis Christus  
nobis a deo iudex est constitutus.

magnam hinc iusti homines gaudium et solatium  
concipiunt cum cogitant illum futurum esse in  
dicem, qui plus nos diligit, quam ipsi nosmet ipsos  
diligamus, qui pro nobis passus est mortem acerbissimam  
qui ardentius quam nosmet ipsi nostram cupiat sa-  
lutem, qui nostro <sup>interitu</sup> debeat, qui optet omnes esse saluos  
quos ipse suo pretioso sanguine redemit. qui nouit  
compositi infirmitatibus ignorantiae et erroribus nostris

Am. lib. de jacob  
c. 6.

Et contra vero peccatores maximo timore contrahuntur,  
cum considerant quam ingrati fuerint illi  
iudici, cui tantum debeant. cum cogitant, quid illi  
fuerit eorum causa perpeus, et quam ipsi gra-  
tiam illi retulerint. cum contemplantur vitam  
firmitis sceleribus coopertam, et iudicem tam sagacem  
quem nemo decipere, quem neq. minutissimi

psal. 6.

cogitationes latere possint, tam potentem, cui nem-  
valeat resistere, quo minus in impiis animadu-  
tat, tam constantem, qui nec pretio nec pro-

Bernar.

ribus flecti possit. veniet inquit Bernardus, dies iudicij  
ubi plus valebunt pura corda, quam abuta verba, et bona con-  
tinentia, quam magnifica plena, quoniam iudex ille nec fallitur  
verbis nec flectetur donis. et Prosper. Age inquit, cum ad

Prosper lib. 3.  
de vita contempl.

illud iudicium venimus, ab eo iudice iudicandi, qui nec  
li occultatione criminum potest nec ad ad impunitatem  
promerendam numeris oblatione alienius corrumpi.



Hic index supremus de universo orbe iudicium feret. Deus  
 et enim, inquit Paulus, statuit diem in quo iudicaturus est orbem  
 in aequitate in viro in quo statuit itaq. et angeli et daemones  
 et mortales omnes quosquos fuerunt sunt, et erunt ante eius  
 tribunal stabunt, et iudicium intuebuntur, impij pauidi  
 metitulosi et attoniti, pi vero lacres et serari, viuos igit  
 et mortuos, hec est vniuersitatem hominum, iustos  
 et iniustos, animos et corpora iudicabit. quamprimu  
 enim clangor tubae et angeli vox in mortuorum sepul-  
 chra penetraverit surgent omnes et stabimus ante tri-  
 bunal Christi, et enim, ut inquit Paulus, omnes nos mani-  
 festari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquis-  
 que propria corporis, prout gessit siue bonum siue malu.  
 et Dominus in euangelio. Cum autem venerit filius  
 hominis in maiestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc  
 sedebit super sedem maiestatis suae et congregabuntur ante  
 eum omnes gentes.

Nullus igitur mortalium poterit subterfugere iudicium  
 istud, nullus excipitur, omnibus veniendum est in Christi  
 et in totius orbis conspectum, nullum illis aduocatum, ha-  
 bituri suamus praeter fidem et opera nostra, quae si  
 bona sunt securitatem tunc nobis et pacem pollerentur,  
 si mala confusionem et trepidationem. O quam Anguste,  
 Grego. Perit tunc reprobis viae superius iudex iratus, inferius  
 horrendum chaos, a dextris peccata accusantia, a  
 sinistris infinita daemonia ad supplicium pertrahen-  
 tia, intus conscientia urens, foris mundus ardens,  
 miser peccator sic deprehensus, quo fugiet? latere erit

Qui iudicandi  
 2. cor. 5.  
 1. cor. 6.  
 1. pe. 4.  
 2. tim. 4.  
 Rom. 14.  
 2. cor. 5.  
 math. 25.

Nullus proinde aut  
 defensore.



impossibile, apparere, intolerabile. Studeamus igitur  
eos nobis adnotatos in vita comparare, qui in iudicij  
die possunt hinc nobis timorem adimere.

De quibus iudi-  
cium ferendum.

Eccl. ij.

In micra igitur oculi, (ut inquit Apostolus) proferebantur  
tabulae, quibus et facta et dicta, et cogitationes nostrae  
sive bonae sive malae scriptae sunt atq. de illis omni-  
sententia ferenda est. Lactare igitur (inquit Sapiens)  
iuuenis in adolescentia tua et in bono sit cor tuum in  
diebus iuuentutis tuae, et ambula in vijs cordis tui, et in  
intuitu oculorum tuorum, et scito quod pro omnibus  
ijs adducet te deus in iudicium, et de factis quidem  
aut operibus, ferendam esse iudicium apte testatur

Rom. 2.

2. cor. 5.

Apoc. 20.

Paulus Romanis scribens, qui reddet, inquit unicuique  
secundum opera eius. Et et Corinthijs ut referat un-  
quisq. propria corporis prout gessit sive bonum sive  
malum, et vidi (inquit Ioannes) mortuos magnos et  
pusillos stantes in conspectu throni et libri aperti  
sunt, et alius liber apertus est qui est vitae, et iudicati  
sunt mortui ex ijs quae scripta erant in libris secun-  
dum opera ipsorum, et quod est apertius, iudex ipse

matth. 10.

matth. 12.

Matth. 10. 43.

1. cor. 4.

Christus Iesus inquit, filius enim hominis venturus  
est in gloria patris sui cum angelis suis et tunc  
reddet unicuique secundum opera eius. Nec vero solum  
de operibus sed de dictis et verbis impudicis tur-  
bus, illiberabilibus, calumniatorijs, mandatoribus, otiosis  
ut ipse Dominus testatur, sententiam fert, et  
de verbis modo sed de internis animi cogitationibus  
Nolite inquit Dominus ante tempus iudicare quoad



veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit uniuersique a deo, et Romanis etiam orribens, testimonium, inquit reddente illis deo conscientia ipsorum et interesse inuicem cogitationibus accusantibus, aut et defendentibus, in die quo iudicabit Dominus occulta hominum, qui, ut inquit <sup>sapient</sup> interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Prohibent igitur in lucem facta et dicta, et ut inquit Primasius, conscientiarum nostrarum cogitationes, erunt in die iudicij ante oculos nostros tanquam historiae recognoscendae, hilarius dies iudicij abstergam nostrarum voluntatis conscientiam prodeat, et ea quae nunc occulta aestimantur luce cognitionis publicare detegeret.

Cum ergo omnia sint et Dei et hominum oculis exponenda laborandum nobis est nunc, ut dicta nostra atq. facta pura castaq. sint et digna quae prodire possint in Dei et angelorum conspectum, ne si turpiter facta petulantur dicta et siderata cogitata nostra illo die proferantur, erubescamus, et praeter pudore, praeter confusione et <sup>non</sup> spiritibus angustia dicere cogamur montibus, cadite super nos et collibus operite nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni, quando forte (inquit) Basiliius, ad <sup>alio</sup> peccatum te videris paratum, illud horribile et intolerabile Christi tribunal cogita. nam cum sepe infamiae metu hominis a perpetrando aliquo scelere renitentur, et nulla possit ex cogitari maior ignominia quam testem habere flagitiorum

De. z. i. d. n. q.  
et. i.  
P. m. c. z.  
Hel. m. c. g.

Luc. 23.  
Apoc. 6.  
Basilius. Apoc. 6.  
in ps. 33.



inducit in hunc mundum totum orbem, nihil nos penitens a vitijs cohibere poterit.

forma iudicij  
de civitate dei. c. 2.  
Rom. 8mo. 14. et ho.  
de resurre. amica. et  
2. 8mo. de lauro. et  
Ceo 8mo. 9. de collectis  
et elemosinis

Matth. 24.

Apoc. 20.

Matth. 12.

Matth. 22.

<sup>forma</sup>  
Qua vera iudicium istud transigerendam sit ipse dominus in  
evangelio disertis verbis expressit, cum autem venerit filius  
hominis in maiestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedent  
super sedem maiestatis suae et congregabuntur ante eum  
omnes gentes, et separabit eos sicut pastor sepa-  
gat oves ab haevis, et statuet oves quidem a dextris suis haec  
autem a sinistris. Tum dicit his qui a dextris erunt. Venite  
benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a  
constitutione mundi. Esurivi enim &c. Itaq. primum mittet  
angelos suos cum tuba et voce magna, qui congregabunt clericos  
eius a quatuor ventis a summis caelorum usq. ad terminos  
eorum et omnibus in conspectu iudicis constitutis, aper-  
entur illi libri (ut Ioan. in Apoc. testatur) et liber etiam  
vitae, aderunt accusatores Demones et propria cuiusque  
conscientia, et contra eos qui vel non crediderunt, vel pe-  
nitentiam non egerunt non egerunt, aderunt Ninivitarum et  
Regina Austriae. Caelum deniq. et astra, terra et  
elementa accusabunt improbos homines et illis expo-  
suerunt ingratitude<sup>suam</sup>, discussis ergo cuiusq. meritis  
Iudex separabit iustos ab iniustis sicut pastor sepa-  
gat oves ab haevis et statim feret illam extremam  
et formidabilem sententiam, dicit enim ihs qui sedit  
a dextris Venite benedicti patris mei possidete  
paratum vobis regnum a constitutione mundi  
et causam subijcit quia operamini et dedistis mihi



manducare. Et ipsi vero qui sunt a sinis tris dicit, discedite a me  
 maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis  
 eius, et ransam iustae condemnationis adducet, usurium enim  
 et non deditis mihi manducare. Et ut intelligamus bonis  
 operibus deberi praemium, <sup>bonis et</sup> malis supplicium, et illorum fugiamus  
 impiam doctrinam, qui contra tam aperta Christi  
 verba dicere audent, impios propter solius fidei defectum for-  
 damnandos, sed nos Christi redemptoris et iudicis nostris  
 verbis credamus et huiusmodi homines imo et angeli ipsi  
 si hoc (quod ipsi docent) euangelizauerint, sint nobis anathe-  
 ma. Lata igitur sententia, prodibunt iterum angeli  
 et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in  
 raminum ignis, ibi erit fletus et stridor dentium.

Hanc igitur iudicij formam tam exacte et tam diligenter  
 expressam, eo consilio nobis tradidit Christus Iesus vitare  
 magister, ut eius imaginem horrendam sane ac formidabili con-  
 specta, nos a peccatis metu supplicij roboret, et spe etiam  
 immortalis gloriae ad sui amorem alliceret. ij sunt etenim  
 duo potissimum animorum affectus, quibus vehementer  
 homines permouentur; quorum altero utitur deus tanquam  
 freno, ut coereat ab improbis cupiditatibus et aueret  
 a lata perditionis via, altero tanquam calcaribus, ut per  
 virtutis nos studium ad accipiendum brauium impellat,  
 ut ergo hic mirifice depingitur, atque ut exordiamur a  
 primo, quis est, qui cum cogitet, qualis hic dies futurus  
 est improbis, et quibus eorum exitus maneat non totis  
 artibus contremiscat. principio quam erit illis acerbis  
 et amarus ille tubae sonitus et vox Archangeli vo-



vocantis homines ad iudicium, in quo, ipsa prostragiente  
 consuetudine, damnandi sunt. Deinde quibus oculis Christi  
 crucem, exprobrantem sibi ingratitude, et iudicem  
 ipsum contra se iratum intuebantur. Cum viderint  
 postea libros aperire, et Dei atq. hominum et angelorum  
 et demonum oculis exponi suorum omnium flagitiorum  
 sententiam. **¶** quid cum illam audierit sententiam disce-  
 dite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est  
 diabolo et angelis eius. etenim discedere et separari a  
 Christo in aeternam, summa miseria et infelicitas est  
 deinde vero detradi in ignem aeternum, in omne genus  
 tormentorum et coactis habere daemones extrema est  
 desperatio, tum vero ipsam iudicem dicentem audient,  
 quia vocavi, et non respondistis, et extendi manum meam, et non  
 qui aspireret, despexistis omne consilium meum et increpa-  
 tiones meas neglexistis ego quoq. in interitum vestro ridebo et  
 quod illis etiam erit accerbissimum intuebuntur istos quos  
 ipse contempserant in supremo gloriae et felicitatis gradu, sibi  
 illudentes et dicentes, ecce homo qui non posuit deum adiutorem  
 suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum et  
 praevaleuit in vanitate sua. ipsi vero videntes turbabuntur  
 timore horribili gementes pro angustia spiritus dicentes  
 intra se, ij sunt quos habuimus aliquando in derisum  
 et in similitudinem improprij nos insensati vitam  
 illorum aestimabamus in insaniam, et finem illorum  
 sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios  
 dei et inter sanctos sors illorum est. Ego erravimus  
 a via veritatis. **¶** quis enim non habeat omnia maximam  
 terrorem intuant. merito ecclesia terron perculsa

+ qd cu separabit a  
 bonis. ai a peccatis  
 filij. ab omni anima  
 electio se purgandi.

proverb. 1.

ps. 51.

sapie 5.



admonet ut exclamemus, Libera me domine de morte aeterna  
 quoniam veneris iudicare seculum per ignem et Iob, Quis mihi  
 (dicebat) hoc tribuat, ut in inferno protegas me et abscondas  
 me donec pertranseat furor tuus; quod si Iob, qui se nihil  
 impium egisse deo dicere ausus est, qui tam extremis pre-  
 meretur calamitatibus, non peccavit contra Dominum  
 labijs suis, omnibus virtutibus et innocentia exornatus  
 timet, quis non timebit, merito dicebat sapiens memo-  
 rare nonissima tua et in aeternum non peccabis.

Et contra vero quis est qui non in maximam erigatur  
 spem et non impellatur ad complectendam toto peccato-  
 re virtutem, et amandum illum regem gloriae aeternae  
 qui tot in die iudicij praeparavit bona diligentibus  
 Aspectus ipse iudicij non erit iustis formidabilis sed in-  
 cunctissimus, sententia ipsa plena gaudij et sempiter-  
 nae consolationis, Verite benedicti patris mei, possidete  
 paratum vobis regnum a constitutione mundi, in  
 singulis verbis venire ad Christi consortium et angelo-  
 rum, et frui sempiterno regno, aeterna pace, immor-  
 tali gloria et felicitate, absterget illis deus omnem  
 lacrymam ab oculis eorum, gaudio et beatitudine  
 donabit. hoc labores omnes et arduitates quas iusti  
 in hac vita patiuntur, subleuat, in tristitia conso-  
 latur, in afflictionibus bono animo esse iubet, Levate  
 inquit Christus capita vestra quoniam appropin-  
 quat redemptio vestra, hac spe excitat pios  
 homines Iacobus apost. patientes igitur estote fratres  
 usque ad adventum Domini; Erre agricola pretiosum  
 fructum terrae patienter ferens donec accipiat



temporaneum et serotinum. Hanc spe certissima adductus  
 Paulus dicebat, Cupio dissolui et esse cum Christo,  
 et gaudio domini aduentum expectabat, quia sibi  
 repositam scribat coronam iustitiae quam in die  
 illa esset illi dominus redditurus Iustus iudex et  
 non sibi solum paratam dicebat sed omnibus qui  
 diligunt aduentum eius. Hoc itaq. impellit bonos ut  
 iuste et pie vivant in hoc seculo expectantes bea-  
 tam spem et aduentum gloriae magni Dei et Sal-  
 vatoris nostri Iesu Christi.

Venturum quidem Christum ad iudicandum vivos et  
 mortuos omnibus voluit deus constare mortalibus idq.  
 prophetarum apostolorum et euangelistarum tes-  
 timonijs, quia id ad componendam nostram vitam  
 ad pie vivendum et continendos homines in offi-  
 cio vehementer conducebat, sed diem qua erat  
 futurum iudicium voluit hominibus et angelis igno-  
 ram esse, et ut <sup>in</sup> videremus ac si illis factorum nos-  
 trorum rationem essemus reddaturi. de <sup>die</sup> autem  
 illo vel inquit Dominus, vel hora nemo scit nec angelus  
 in caelo neq. filius nisi pater. sed quoniam cum deus  
 ad summendum de hominibus supplicium et ius-  
 tiam suam declarandam accingitur. solet signa quae-  
 dam praemittere. ut Noe temporibus cum orbem aequo  
 obrueret, et Pharaonis cum populum Israeliticum e  
 misera servitute eripere destinavit. sic signa quae



praecedent iudicij diem, nam ut antea praetermittamus, illum  
 filium perditionis de quo loquitur Paulus, qui adversabitur et  
 exsolletur supra omne quod dicitur deus, ut omittamus praeter  
 seditiones, tumultus, qui excitabunt, quibus surget gens  
 contra gentem, regnum contra regnum, terremotus, fames,  
 terrores, et signa de caelo, ut omittamus quod tunc abim-  
 habet iniquitas et deficiet caritas multorum, quod erunt homi-  
 nes ipsas amantes, cupidus, superbi, blasphemus, et quod omnia  
 bellis ardebunt, terra mortuorum, spissis, mare raderibus,  
 flumina inter festorum sanguine raderibus, quia haec  
 omnia evenient diebus aliquot ante iudicij diem, sed  
 instante iam illo die contumescunt montes, et aestuabit  
 mare, sol obtenebrescet, non splendeberit sidera, maribus  
 luminaria omnia tenebris involverentur et horror, Erunt  
 itaque signa in sole et luna et stellis et in terris pressu-  
 ra gentium, praeter confusione sonitus maris arescentibus  
 hominibus praeter timore, et virtutes caelorum movebuntur:  
 caeli magno impetu transierint, elementa calore solvantur,  
 terra et quae in ipsa sunt opera exurentur. Erunt denique  
 tales tunc tribulationes, quales non fuerunt ab initio  
 creaturae quam condidit Deus usque nunc nec fiet. tem-  
 pus vero quo haec omnia et extremum iudicium evenien-  
 ra sunt. eo scilicet Deus consilio nobis ignota esse, ut no-  
 simus segnes nec aritantes, sed illam diem praeter foribus  
 esse, semper pitemus, ut non sereni dormiamus sed  
 solliciti et vigilemus, idcirco toties Christus nos admonet  
 et excitat illis verbis Vigilate ergo quia nescitis qua

the. 2.  
 luc. 21.  
 mat. 24.  
 1. co. 3.  
 luc. 21.  
 luc. 21.  
 luc. 21.  
 2. pe. 3.  
 Mar. 13.  
 mat. 24.



mar. 13.  
1. the. 5.

qua hora Dominus venturus sit, estote parati, videte, vigi-  
late, et orate nescitis enim quando tempus sit, et Paulus  
dies domini <sup>scilicet</sup> fur in nocte ita veniet, Igitur non dormiamus  
sicut et ceteri, sed vigilemus et sobrii simus, et sicut  
fuit in diebus Noe, et Lot, in quibus homines securi edebant  
et bibebant, emebant et vendebant plantabant et edificaba-  
bant, et subita aquarum inundatione obruti, alij vero igne  
et sulphure caelo dimisso combusti sunt: sic erit in illa  
die qua filius hominis revelabitur, vigilete ergo. Ob eam

math. 24.

Luc. 12.

Grego. hom. 13.

hom. 12. in  
evang.

die igitur ransonem inquit Gregorius horam huiusmodi Dominus  
noster nobis voluit esse incognitam, ut semper possit esse suspensa,  
ut dum illam praevidere non possimus ad illam sine intermis-  
sione praepareremur: semper enim diem extremum debemus  
metuere, quem nunquam possimus praevidere.

Haec omnia nos hortantur ut diem illum formidabilem et ter-  
ribilem, solliciti et vigilantes expectemus, ut nos imperatos  
et assidentes offendant et opprimat, etenim illum diem  
praesentem timere desinemus, si nunc quasi impendentem  
semper timeamus. Unusquisque inquit Gregorius venturi

Grego. ep. 37. lib.  
ij. ind. 6.

indictis, examen tremendum, cum metibus, et lacrymis,  
quotidie sine revatione consideret illiusque diem in quo  
perturbanda sunt omnia, cum timore ad animum reducat  
ut itam indictis in ipso iam die non timeat. Ne igitur  
dies illa repentina superveniat in nos, admonet in dextera  
ipse Christus Iesus D.N. ut caveamus ne grave nentur

Luc. 21.

corda nostra capsa et ebrietate et curis huius mundi, quae illam  
diei oblivionem passim inducere, sed ut sint lumbi nostri  
praecincti, et lucernae ardeutes in manibus nostris per-  
similes hominibus expectantibus dominum suum quando  
revertatur a nuptijs, et ut prudentes illas virgines

Luc. 12.



imitemur, ut accensas lampades praeferentes obuiam sponso pro-  
dere possimus et quando Domini aduentus futurus est,  
teste Paul<sup>o</sup> <sup>siue</sup> in nocte, et nos ut ille inquit, filij lucis simus  
et filij diei, non filij noctis neq. tenebrarum, non dormiamus  
sicut et ceteri sed vigilemus et sobrij simus ne dies illa, sicut  
fit nocturnus nos dormientes comprehendat. Illud denique  
ad extremum salutare Apostoli consilium persequamur.

1. Thesa. 5.

1. cor. 14.

Grego. c. 13. Job.  
4. c. 17.  
c. 9. lib. 8. m. 7. c.

Gregorius in conspectum Domini venimus, vno quidem  
quo hic peccata nostra subtiliter perpendentes in eius nos  
conspectu punimus et flendo dijudicamus, alio quoy modo  
in conspectum Domini venimus cum in extremo iudicio  
ante tribunal eius assistimus. ut igit <sup>an</sup> illud iudicium  
sine timore <sup>seu</sup> perueniamus, nos totam domino quotidie attri-  
semus fide firmati spe erecti caritate inflammati, lacry-  
mis dolore peccatorum expressis, dum tempus habemus et  
dum lacrymis est locus, conemur flere iudicem ad mi-  
sericordiam, ne postea illius severam iustitiam, cum mise-  
ricordiae locus non erit experiamur, haec vita dies noster  
est quo clementiam iudicis bonis operibus promereri pas-  
sumus, ille vero dies Domini quo solum iustitia domina-  
bitur. haec igitur expectantes inquit Petrus, satagite,  
immaculati et inuictati ut inuenire in pace, et comuni-  
cantes nam Christi passionibus gaudete, ut et in re-  
uelationibus gloriae eius gaudeatis exultates.

2. pe. 3.

1. pe. 4.







(37)

Non corruptor, et non Proxi-  
morum

Deceptum

Non <sup>in agere</sup> unum, non leuium, non anulum, non bouem,  
non asinum, nec <sup>et similia</sup> quae illius sunt

quae in lege dei continentur, sed etiam interiores passionibus

Cum lex sit deam propter nos tractata non mandata sunt  
hominibus sed, qui ea vident, qui exterioribus apparent, agnoscunt  
et iudicant, sed dei, qui scrutantur etiam corda et animi  
nostra sensa ac viximus cogitationes, insuetas, et auribus oculisque  
interiore non esse ac videri, nisi si inspecta sunt. Sicut  
Sicut Clogius, homo videt ea, quae sunt in eis, Deus autem  
intuitus est. mensuras peritiam cum principibus, quae ad exteriorem  
viam dicitur, scilicet, et facta quae in principalibus spectantur,  
vix, quae interiora, per se videntur, a vix ad exteriora, quae cogi-  
tationibus dicuntur, non videntur, vix in loco ad exteriora  
homo namque homo non sperat nisi videri se, sed etiam  
cogitationibus noxiis et iniuriis et peccatis, dum propter nos  
dicuntur, et illius dicitur. Multum autem in manus dicitur apud  
deum et molitur. Sed dicitur in omnibus passionibus dicitur  
propter nos dicitur ad exteriora, et inter homines, sed etiam in  
in dicitur in vix, et facta est dicitur, quae cum in dicitur  
iunguntur dicitur, et facta est. Sed dicitur in dicitur  
dicitur, et dicitur in dicitur, et dicitur in dicitur  
et dicitur in dicitur, et dicitur in dicitur





108